

*Lapid. figurator. Helvetiæ: Eduar. Luidium in ichnograph. Jo. Jacob. Scheuchzerum in variis de hac materia libellis, Jo. Jacob. Baierum in Oryktographia Norica, &c.* reperiantur nitidis & accuratioribus figuris expressi; sed illos saltim lapides, quorum figuras nullus curiosorum hæctenus expressit, proferam: illam quidem ob causam, ut inutilibus sumptibus, cum editoris vel Bibliopolæ, tum ipsius emptoris curiosi, parcam: quia figuræ æneæ copiosiores, libros reddunt pretiosiores. Interim tamen *figuras*, nostris lapidibus similimas, ex *Clarissimi Jo. Jacob. Baieri Oryktographia Norica*, quæ omnibus curiosis in manibus est, huc referam, commemorabo & ad illas lectorem remittam; cujus etiam *methodum*, naturæ convenientissimam, in hoc libello sequar. Porro retineo eandem, *Clarissimi Baieri, Lusus Naturæ* explicationem optimam.

§. 2. Exordiar à LAPIDIBUS FIGURA MATHEMATICA CONSPLICUIS, quarum differentia varia, in agris, vineis, montibus, Sala Fluvio, Leutra, aliisque rivulis occurrunt copiosissime, quales sunt:

La-